



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

III. Deus solus homo factus potuit plenè summoque iure pro peccato
satisfacere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT III.

Deus solus homo factus potuit plene
summoque iure pro peccato sa-
tisfacere.

Homo, vt vidimus, non po-
tuit plenè, summoque iure
pro peccato satisfacere; Deus id,
in se, etiã facere nequit, à passio-
ne enim & morte alienissim^o est,
pati moriq; nequit; modũ tamè
inuenit, quo pati moriq; potest,
diuinã scilicet naturã cũ natura
humana in eodem supposito co-
pulãdo; sic enim Deus & homo
patitur & moritur, nõ quidè se-
cundũ naturã diuinã, sed secun-
dũ humanam. Vnde D. Petrus

1. c. 3. 21. sic habet: *Christo in carne passõ, ea-
dem cogitatione armamini; quasi di-
ceret, Christus non vt Deus, sed
vt homo passus est.* Adum-

bratum illud etiã fuit olim:
Leuit. 14. 4 Mundatus à lepra offerre iube-
tur pro se duos passerres quorum
vult.

vnus immolabatur, alter viuus
auolabat; humanitatem præfi-
gurabat passer immolatus, diui-
nitatem passer, qui auolabat.

Asserit idem Diuus Anselmus sic
scribens: *Satisfactionem nec potest
facere nisi Deus, nec debet nisi homo,*
necesse est, ut eam faciat Deus homo.

*Lib. 2. c. 109
Deus ho-
mo c. 6.*

Id explicans sic addit: *Ad hoc va-*

cap. 18.

*luit in Christo diuersitas naturarum,
& vnit. is personæ, ut quod opus erat
fieri ad hominum restorationem, si
humana non posset natura, faceret di-
uina, & si diuina minime conueni-
ret, exhiberet humana. & non alius,
atque alius, sed idem ipse esset, qui v-
trumque perfectè existens, per huma-
nam solueret, quod illa debebat, & per
diuinam posset, quod expediebat.*

*Lib. 6. de
diu. off.
Cap. 36.*

*Ru-
pertus: quia satisfactionem pro
culpa non nisi homo debebat, & non
nisi Deus perficere poterat, Deus homo
factus est, quatenus vnus idēq; Christus,
& verus Deus ab homine exigeret,*

& ut

*Hom. de
Christi
nat.*

Et ut verus homo persolueret. Proclus Cyzicenus: Erat, inquit, alterutrum duorum necessarium, aut ut omnes, precipites abirent in mortem, aut certe ut eiusmodi pretium penderetur, quod exactum debitum ad iustitiam amissim ex aquaret. Atqui homo quod peccati debito subiaceret, saluare se non poterat, Angelus vero, quod tantum redemptionis pretium ipsi non suppeteret, humanum genus redimere nequibat, supererat igitur, ut ille pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat, atque unica haec restabat mali solutio. Et: Homo purus saluare non poterat, Deus solus pati nequibat. Quid igitur? ipse Deus factus est homo, & id quidem quod erat, saluauit, quod vero factum est, passiones subiit. Ex quibus colligitur iterum quanta sit peccati mortalis grauitas. Etenim si malum aliquod leni paruoque remedio tolli potest, acre magnaque

*Eadem
Hom.*

que die
pellatu
pus est
& mai
firmari
maxim
grauis
esse ce
ut mal
impiet
ste, &
Dei, &
tollere
exacto
educere
dicina
cere d
uis pe
adeo
magn
orber

que dici recte non potest; Si, ut
 pellatur, asperiore & maiore o-
 pus est medicamento, acerbius
 & maius malum id esse, verè af-
 firmari potest, si grauissima &
 maxima necessaria est medicina,
 grauissimum quoque malum id
 esse certissimò conijcitur. Iam
 ut malum peccati, quo se homo
 impiè nefarieque adstrinxit, iu-
 stè, & quemadmodum offensa,
 Dei, & voluntas eius postulabat,
 tolleretur, *iugum oneris, & sceptrũ* *Es. 27. 1.*
exactoris excuteretur, tortuosus coluber
educeretur, Deus homo fieri, me-
 dicinamque morbo peccati fa-
 cere debuit, magnus ergo & gra-
 uis peccati morbus fuit; sicque
 adeo verum est, quod dici solet,
 magna facilitate peccatum in
 orbem esse illatum, magna tamè
 difficultate esse subla-
 tum.

T CA.